

1518 v.

8471.


DE laudibus Celeberrimæ Cracoviensis Academie,  
LEONardi Coxii Britani, Octauio Idus  
Decébris habita Oratio. Anno. 1518.

RUDOLFVS AGRICOLA IVNIOR POETA IMPERATORIS manibus coronatus, ob amore inclite Academie Cracoviensis carmen hoc Peonicum subito faciebat.

Deuola in ethereos felix Academia tractus.  
Ad Tartessiacum, Garganidumq; solum.  
Vnspedes Blemyes, medis Nasomenes harenis.  
Et Thocaros, Phirunos; Sauro-natasq; uagos.  
Iure tuum nomen merito, laudesq; perennes  
Sepenum a primo climate clima tonat.  
Artibus ingenium docile illustrare beatis,  
Instruis & uitam moribus egregis.  
Schemata Romanae linguae, uocesq; latinas  
Grammaticeq; tropos, verbacq; culta doces  
Et pleno ardentes Demosthenis ore loquelas,  
Arteq; Rhetorica cum Cicerone loqui.  
Zenonis tricas, perplexa sophismata soluis,  
Quid verum & falso qui loq; repugnet agis,  
Archeslauis amat curratæ moenia Crocæ,  
Ex Asia physicam quippe minore culti.  
Ipsa doceas primas nature noscere partes  
Stellaticq; vias, splendidaq; astra poli.  
Ductaeq; per numerum quæ sit proportio rerum,  
Muflca quas uoces pulchra, porencq; carit.  
Et variis terre tractus & climata mundi,  
Aequedistantes, signiferiq; gradus.  
Quamq; Hyperion sit declinatio solis,  
Descensus qualis rite docere soles.  
Et decreta patrum, sacrataq; iura tonantis,  
Scripturæ ante alias sensa profunda sacre.  
Non inuenta modo diuinitus, altaq; mentis  
Humanæ referas dogmata, docta parens  
Circumfer proprios ergo paucolq; clientes  
Dicto quisne omnes enumerare potest.  
Hinc sacer atq; miser contra qui dixeris esto  
Pauper in exilio, semilacerq; graui,

2  
LEONARDVS COXVS BRITANNVS  
Iodoco Ludouico Decio Mœcenati suo. S.D.

**O**Rationem quam delaudibus inlyte hu-  
ius Academie publice nuper habui-  
amq; sic a multis mihi charissimis effla-  
gitatam ut saluo amicitiae iure nequaq;  
a me repullam pati queant, tibi uirorum humanissi-  
me dicare potissimum constitui, nil dubitans ut qui  
unicum haec tenus mihi præsidium hic fuisti, meæ  
quocq; soboli minime denegatur es p tua bonitate  
patrocinium. Vtinam tale nostrum hoc opus esset  
ut æternam tui nominis fama dignis laudum præ-  
coniis ubiq; locorum efferre possit. Verum hancce  
præcor interea strenam qua fronte solitus es alio-  
tu:n nunc accipe, iure tibi dicatam in quo uno om-  
nes meæ spes opesq; sitæ sunt, & cum magis inueni-  
am mihi proprias Musas, potiora tu de nostra  
sumes officina. Vale meum decus. Craco/  
uiæ sedecimo kalendas Decembris. An/  
no salutis nostræ supra millesimū  
quigentesimo decimo & octauo



ORATIO LEONARDI COXI BRITANNI  
de laudibus celeberrimi Cracoviensiū Gymnasiū.

**S**I lacteus eloquentiae Romanæ fons, &  
suadæ (quod cū ipso dicam) medulla Ci-  
cero, sæpen numero cū oraret trepidus ex-  
ordiri consueuit. Quanta nunc mihi uere-  
cūdia, quātusq; debet inesse timor! Qui cū plane sum  
indignus, cui Oratoris nomē ascribatur. Hoc celebre  
congestum, tot amplissimorū patrum conspectu ascē-  
derim, coramq; tot & tam præstantibus in omni disci-  
plinarum genere uiris, quorum omniū in me conuersa  
nunc ora, quasi dignum aliquid expectaturi sunt, ui-  
deo, & in quibus etiam multos longe mihi antecellere  
inueniam facere uerba sum aggressus, possunt mēam  
inertia merito ridere, imo potius Propetianē in anian  
idest temeritatem & amentiam, q; cum maxime sum  
impar, cœlū tamē hoc meis sustētare uelim humeris.  
Sed ego nequaq; Conscripti patres hanc mihi desum-  
psissem prouincia, nisi me pri⁹ adegitset ardor quidā  
inxtinguibilis, & faustus, uti spes est cupidio aliquod  
in hanc tam præclaram Academiā, siue Stoam, seu  
Liceum potius, imo præsertim Athenas ipsas, omnia  
omnium uirtutū genera in se complexas. hanc inquā  
nostrā matrem Cracoviā mei & amoris & obsequii  
inditium præbere. Tum animauit inprimis humani-  
tas uestra, uel summa prius sapientia, quarum altera  
minimum uos meritum magnis repensare beneficis

2  
facit. Altera ut nihil quo fonte nascatur ignoratis, si-  
guisq; sua q̄ optime sciatis, & prudenter attribuere,  
Qno tñ, ut nec oleū me perditū spero, cū uos quæ  
te ita est benignitas, hoc nostrū qualecunq; tamē offi-  
tiūm æqui boni consulatis, probe nimirū agnoscentes  
id ipsum a cordato, quod dicam amore & pectore to-  
to proficiisci. DICAM igitur de laudibus nostræ ma-  
nis ut optime ita generolissime, quas nemo bonus nō  
lubet audit. Simul & me totum in eius addicam pa-  
trocinium propriumq; dicabo. Quæ quanq; ea sunt, ut  
non possunt, a me pro dignitate latis explicari. (scio  
enī q̄ ab hac meta noster currus distat) tamē animatum  
non p̄ sām rē inspicite, & quas aliis humanissimas so-  
letis mihi nūc ēt beneuolas aures præbere dignemini.  
Principio totius hæc nostra parens florentissimi Po-  
loniae Regni metropolis, urbs maxima, celeberimū  
huius gentis emporium, & quod præcipuum est, om-  
niū bonarum artiū i kriñi kalisi ke glicherotati. hoc est fons  
pulcherimus dulcissimusq; , unde uerius hauriūtur q̄  
ente Paegaseo. tum a mōno situ, tum ipsa ædium stru-  
ctura pulcherrima, ceteras Poloniæ urbes longe post  
se reliquit, quæ cū alioqui plena laudibus esset, sum  
mam nihil setius hanc atq; felicissimam suis fortunā  
trophæis addidit, q̄ ubi labefactata respublica Chri-  
stiana apud Boemos corruit, profugas ea litteras litte-  
tarumq; cultores piissima mater ultro excepit, miro  
quodam gestientiq; animo diligenter enuttiens. Nam  
faustissimis hoc inceptū aibus Gymnasium. Anno

Boemii.

5  
ab opifesi miseriis humanis Christi nativitate 1400.  
adeo cunctis ab eo die scientis luculentissimū effusit,  
adeo splendidissimos doctrinatū radios, in omnes mū-  
di regiones saluberrime diffudit, ut inter Christiani or-  
bis florentissima præstantissimaq; studia, nō immer-  
ito, tanq; unū e præcipuis apud omnes habeatur. Nec  
mirum si tanta coaluerit felicitate, tam insigni coeptū  
auspicio. Quippe ab optimo principe Vladislao cu-  
ius præclarissimā, uel ob hoc famæ gloriā nulla quā-  
tūvis longa posterorum ætas unq; delebit, q̄ humanis  
simus omnī & nobilissimus R̄ex non solum corruen-  
tem modo litterariam remp. in suæ tutelæ gremium  
lubentissimæ suscepit. Sed fortunatissimā hanc Aca-  
demiam & optimis donauit muneribus, amplissimisq;  
pro sua maiestate priuilegiis adornauit. COLlegium  
hic exstructum est, q̄ non tam pomposa decorare fa-  
brica, q̄ celeberrimis & omni doctrinarū genere refer-  
tissimis uiris p̄beare cura fuit. Vbi sacræ philosophiæ  
& omnī artiū limpidissimi uberrimiq; scatēt fontes,  
quibus ut audiissimam bene scīm extinxere euadunt  
innumerī quotidianū uariis iisdemq; præclarissimis eru-  
ditis doctrinis, quas ut ex ordine pandamus, a GRam-  
matica quā primas habere partes imconfesso est, ex-  
ordiū capiemus. Quippe, sine eius adiutorio nunq; ali  
as attingere dabitut. Illud enī ornatissimi uiri nostrum  
est institutū adeo cunctas ostendere ab incepto studio  
disciplinas hic excultas fuisse, ut nimirū habuit nostra  
matet habetq; , quos audacter cū alia quāvis gente co-

Vladislauſ.

obambo

Collegium

Grammatica.

Grammatica.

ferre possit. Quod simul ac pro uirili nostra q̄ possu-  
mus luculente & breuiter explicauerimus, orationi no-  
stræ finis imponetur. Nec id uelim estimetis, mihi cū  
etos amplectēdi cupidinē incessisse, q̄ facile palmā in  
uariis præclararū artiū studiis, assensu doctorū obti-  
nuerint, id. n. laboriosius (ut interdū Politiani mei uer-  
bis utar) q̄ Sibyllæ folia colligere. Sed ex tāto nūero  
paucos in mediū adducam, ex quibus liqdo cōſtabit  
q̄ hæc inclyta doctrinæ alūna, quæcūq; alia Gymna-  
ſia, magnificis etiā titulis beata, & si nō exuperarit, pa-  
ri tamē ubiq; laudū gloria certe coequerit. Quantū o  
Musæ rē iuuerit latinā, tātæ matris doctissim⁹ fili⁹ q̄  
postea q̄ uberrime bonas hic līas haſſere, strenue con-  
tra barbariē assurgētes, eam ualidissima manu profli-  
gāuerūt, quorū nomina libēs in mediū nūc afferre, niſi  
superuacaneū illud omnino fore ſciam. Quoniam liq-  
do patent, tum etiā aliarum artium cultores recenſen-  
do, eos nullo pacto præterire poſſum. Nam quis inq̄  
ſatis aliquando cū laude ulla in ſcientia uersatus eſt, q̄  
prius hāc omniū aliarū artiū clauem neglexit. Sunt  
præterea totantiq; nō latinis ſolum, uerū etiam græ-  
cis litteris peregrecie imbuti, q; ſi ſingulorum pcur-  
re nomina uelim, dies hic mihi prius ut deficiet uer-  
or, quā ad optatam puenire metam continget. Magna  
quidem hæc noſtræ matris laus eſt. Sed multis Italiæ  
Gallæ, Germaniæ, Britanniæ, aliarum quoq; gentiū,  
urbibus cum ea communis. Fateor, nam bona litteræ  
ubiq; nunc ſurgnut, uerum utri magis ſapientiſſimum

ſauifſe Catoniē estimatis, Cæſari ne, an Pompeio, at  
iſte parem non ſuperiorē patiebatur. Ille uero ne pa-  
rem quidē tollerabat. Nunc ad Logicam nos confeſ-  
mus, quæ ueri faliſq; naturam indagans, cui fides ad-  
hibenda, quid reprobari dignum, quid ſit q; admitta-  
mus, quidue refellere decet, ui ratiois agnoscit, recte  
differendi uiam demonstrans, hoc eſt nos ita docēs in-  
uenta, & quæ dicēda iudicauerimus annectere, ea ſic  
coniūgere & recte proponere, ut ipliſ datis neceſſario  
quod intendimus conſequatur. Hac habita facillimū  
ad reliquias artes iter patet, hac neglecta nullam ſcieſ,  
Quoniam ſi teſte philoſopho, Scire ſit rem per cauſam  
cognoscere, q̄ ſolam progrediēdi rationē. Dialectica  
manifeſtat, ſola laborat in hoc, diligenter omniē huius  
artiſ diſciplinarum notiū eius confeſat intellectus, quantūne no-  
biſ obſtat eius ignoratiā, nemo uestrū opinor neſcius  
exiſtit, Q; ſi teſtibus hic opus eſſe uideatur, quanq; nec  
id uos expectare ſcio. Quippe qui totā rei probe no-  
ueritis, tamen & addeſſe q̄ principem inter doctos locū  
tenent audietis. En noſtræ ſidei doctore egregiū & ca-  
tholicæ (qd' aiūt) ecclæſiæ columnā diu Auguſtinū. Augustinū  
Dialectica inquit, Ars eſt artiū, & ſcientia ſcientiarū,  
ſine qua unlla perfectæ coguolſit. Ecce & illū elo-  
qui Romani principem, audite precor, quænam Offi-  
ciorum primo loqutur. Qui maxime proſpicit, quid in  
re quaq; uerifiſſimū ſit, quiq; & acutiſſime & celeſtē  
potest & uidere & explicare rationē, iſ prudētiſſimus  
Cicerο.

Glogouianus

Ioan. leopo.

et sapiētissimus rite haberi solet. Hanc q̄ uere perceperit, decipi nunq̄ poterit, nullo errore labi. Sed hæc qui negat Dialecticā præstare, nūq̄ cum Aristotele cōmeritiū habuisse mox se prodet. Nos quoq; nostrū in hac arte Chrysippum habemus, eū profecto quē non sine magno nostri Gymnasi gaudio, laudeq; perenni, uel Italī, uel Græcis obiiciamus. Hi logicam inuenērunt, ampliarunt, pfecte tradiderunt, illorū beneficio habemus, legim⁹, sapimus. At quāto labore? quot uigiliis? quanta cū desperatione? p̄tpter & magnitudinē, & mirā in ea tū uerborum, tū sententiarū, obscuritatē. Noster uero tā immēsum pelagus facile tranauit. artē tradidit, q̄ possit paucissimis diebus, nedū hebdomadis addisci, ut iā non tāq̄ Tyrūculus, sed uti ueteranus conspicuam cū quo quis inire pugnam ualeas, & nodos (ut cum Politiano loquar) implicare inenodabiles, explicare nunq̄ solutos, nunq̄ soluendos. Eant nunc & suos Trapezuntiū Vallā & nestio quos alios obuiciant, q̄ dū breues esse laborarūt desūlmas offuderūt lectori tenebras. At iste Glogouianus sic em̄ appellat breuitati facilitatē, facilitati sermōnis latini castitati, castitati sententiā gratiā & succū adiecit. Sed quid hūc cōmemoro quū eo multi nō minores hic existant, & quibus palmā non inuitus fortasse modo in humanis age ret, daret. Hic aliquorū nomina pace uestra modo dīcā. Ad sunt tres nobis in hoc certādi generē. Palestrite ut fortissimi ita exercitatiissimi, & quos nulla quātauis callida aduersarii Techna latere potest; Ioannes Leo-

poliēsis, Michael de Vlsnāu, & Iacobus de Clepdiā arītiū eruditissimi p̄fessōres, uiri mediusfidius M. Varro ni non iniuria præferēdi. Quanq̄ em̄ ipse dialecticam primus latinitate donauit, nunquā ita apte, ita plane, tātaq; cū diligētia cūcta rimatus est, ut hi nostri, q̄ nec ullum mōdū inenodatū relinquūt, sed ad amūssim sim gula p̄sistantes, & luculētissime suis ea tradentes. Io uē quot nobis exhibent, Plantios, Calcidos, Porphyri os Lamblicos, Simplicios, & in q̄bus nō paulo nūerosiorē cernit. Aristoteles philosophicā sobolē, quā Ae- neā mōstrauit Anchises in Elisiis cāpis Dardaniā pro lem. Atq; ut ille filio bellatores fortissimos ostendit, futuros hic p̄spicere est in ueri & falsi indagatiōne, quā rē sola dialectica præstat, occulatissimos & plusq; lyn ceos (ut ita loquar) artifices & q̄ nec Lelio nec reliq; antiquorū turba minimo sese inferiores ostendant. Sed uellūt aures mihi Rhetorica & Poesis timētes ne suos deniq; milites quos hac urbe nobilissimos souēt, silēti o præterire uelim. Nūc igitur de ipsis pauca, hinc quātos & q̄ præstātes cultores hic habeāt dicendū fore iudicauit, Grāmatices benefitio. Recte loqmur, recte p̄lata dialectice firmissimis p̄bat rationib; probata Rhethotice dat ornate & cū maiestate quadā effari. Hāc bñdicendi scientiā definimus q̄ (ut Beroaldi uerbis utar) bonitate cōstat. Elegātia pollet, nitore splendoris, cuius ope & opera præclara omnia fiūt & magna. Quid aliud homines in ciuitates coegit? quid aliud ad Politicā uitā pellexit, q̄ oratio facūda? Quid a

Michael de  
Vlsnā.  
Iacobus de  
Clepdiā

b

sb. Babilon  
sb. Iuliv  
sb. audonis  
eiusmodi

liud plebē Romanā a' pātribus' dissidentē & armata  
manu Amenim occupantē reuocauit quā Valerii sin/  
gularis æloquentia, taceo M·Anthoniū Pistratū o/  
mitto / quorū alter hostes acerbissimos adeo uitibus  
eloquētiæ flexit adeo pacatos reddidit ut districtos &  
in eū uibratos inimicorū enses minimo minus euasit il/  
lesus, alter uero Athenas prudētissimā alioq̄ ciuitatē  
nitore sermōis et expolito dicēdi artifitio i' seruitutē at/  
traxit. Quid dicā q̄ adeo colebat eloquētiā prisci Ro/  
mani ut nemo teste Cornelio Tacito magnā apud eos  
potentiā sine eloquētiā cōsequutus est, abunde nobis  
magnū unus p̄ oībus exēplū est Cicero q̄ latine ligue/  
fons & dulcedo lex eloquentiæ & latinorū oratorū pri/  
ceps appellari meruit & patrie pater. Nū stemmata  
quæslo iactitare potet, & longo sanguine censeri pi/  
etosq̄ ostēdē uultus maior̄, atq̄ hic talis ex humili p̄  
gnatus stirpe uerborū lepore, & mira dicēdi gratia ar/  
tifitioq̄ nūq̄ fere sperādo, summas in urbe Romana  
dignitates obtinuit, in memoriam reuocate Victorinum  
Carthaginem, quem erēa statua in foro Romani  
sūma cū laude ob egregiā Rhetorices peritiā donaue/  
runt. Nec uos prætereat ut Gorgias orationis ornatū  
apud Athenienses, publicis donari premiis, & annuo  
quod aiūt stipēdio, eoq̄ nō modico p̄meruit. Ac non  
minori digna fuit unq̄ laude sacra poēsis. Nam ut elo/  
qui Romani torrés Cicero inquit finitus est orato/  
ri poēta numeris astrictior paulo uerborū aut̄ licetia  
liberior, multis uero ornandi generibus lotius ac pene

par quod doctrinæ gēnū atq̄iquissimū apud Græcos  
testatur in Tusculanis idem Cicero siqdēm ut cū ipso  
fari liceat Homerus fuit & Hesiodus ate urbem cōdi/  
tā & Archilochus regnāte Romulo, fuisse & antiquo/  
res in Græcia memoriæ proditum est, Linū scz & Or/  
pheus de q̄bus in Bucolicis ita scripsit Maro.  
Non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus,  
Nec Linus huic mater quis atq̄ huic pater adsit  
Orphi Calliopea Lino formosus Appollo  
Sūt & qui Museū una cū his floruisse dicūt, quo tpe  
Picus in Italia & in Phrigia Laomedon Priami pater  
regnorū moderamine splendicabant Mosen quoq̄ ac  
Isaiā, Ieremiā, David etiā & Salomonē carmina ceci/  
nisse ferūt. Sed Gregorij Nazarizienū scripsisse uer/  
sus constat, & eius itē discipulū Hieronymū multū se  
carmiñibus oblectasse atq̄ adeo nonunq̄ suis opib⁹  
iter seruisse. Deniq̄ Iuencū & Prudentiū, Piū quoq̄  
pontificē, q̄ Aeneas Silvius ante uocabatur. Hermo/  
laū Barbā Aquileie Patriarchā, aliosq̄ cōplures ec/  
clesiæ dei antistites, nemo poetas fuisse negabit. Diui/  
na est Poētica, & i' tutela deorū poētæ, uñ scribit Oui.  
At sacri uates & diuum cura uocabantur. Et iterū.  
Est deus in nobis agitante calescimus illo

Impetus hic sacræ semina mentis habet.  
Lucanus quoq̄. O sacer (inquit) & magnus uatū la/  
bor. Poetas Cigno cōparat politiorū litterarū decus  
Erasmus Rotherodamus uir ædepol multis hominū Erasmus Rō  
ſaculis merito dignissimus, Cuius uerba adeo terfa,

Moses.  
Isaias.  
Ieremias.  
David.  
Greg. Nazā  
Hieronym⁹.  
Iuencus.  
Prudentius.  
Her. Barb.

polita, adeo nitida, succi plena tanta maiestate, quin sint  
ut exprimi nec quicquam elegatius aut maiori possit ornatu-  
no hercule uel hylu comutabo. Audite precor suauissi-  
mum lepidi poetae ad Archiepiscopum Cantuariensem  
camen. Scite Poetas doctus appellat Maro / Cygnos,  
Guilme praeulum eximium decus / Res mira dictu, ut  
cuncta consensu nouo uati atque Olori cogiruant diuinis-  
tus. Niueus utriusque candor, alter lacteis Plumis amico  
cadet, alter pectore Musis, uterque gratus ac Phebo sa-  
cer. Et limpidis uterque gaudet amnibus, Ripis adaequo  
uterque gaudet herbidis, Pariter canorus uterque. Poeti  
ces equidem uis tanta ac tam immensa est, ut homines de  
osque in sui cogat amore. Merito igitur cecinit Horatius  
Carmine diu superiplacantur carmine manes. *erat*  
Potuisset nostra quoque genitrix suum Erasmum habere, si  
per iniqua nimirum fata clarissimi uiri huius urbis, & Academiae  
filii Erasmus Morslin, & Erasmus Beck sublati  
non fuissent. Quorum alter ex praeclara familia ortus, tam  
eximie stirpis gloriae immortalis scientiarum addere lau-  
dem, gestiebat. Alter uero sic eloquentia cum sapientia  
coninxit, tam feliciter in utraque paratissimi vir ingenii  
promovit, ut in sermonis lepore politissimum iurares Po-  
litianum, in sacrae uero philosophiae cultu, Ficinum ipsum  
exuperare diceres. Occurrunt hic quoque felicissima no-  
bis ingenia. At saeuia proh nimirum parca imaturius ere-  
pta. Ioannes Schadek sacraru litterarum professor, in ar-  
te uero poetica adeo uenustrus, adeo tersus ac politus,  
ut quibus postponeretur, uix paucos admodum reperire

Erasmus  
Morslin.  
Erasmus  
beck.

Io. Schadek

fuit. Ioannes Rhutenius, cuius versiculi tanta fluuit sua-  
tate, tamquam splendent ubique decore, ut Ouidianas om-  
nino ueneres & gratias in hominis demigrasse scrip-  
ta nemo quicquam de litteris iudicare possit unquam denegabit.  
Paulus denique Croshensis cuius fluida & ditissima uena  
neque ipsa priscorum erat inferior, sed iam placida copi-  
tate qescunt. Hos igitur in Elisis relinquenter capis quod  
uult attingam, uerum hic me non obruit, nam quod facias quod  
pergam quo me uertas ubi non innumeris secesserunt poe-  
te, Historici, Oratores, sed ex quo non quod volumus face-  
re permittit dies agendum ut quimus arbitror. Duos igitur  
dutaxat recensebo, ex quibus facile pateat, quod uera nunc  
protulerim. Primus horum Iohannes Sacranus Craco/  
uiensis ecclesiae Canonicus, quod ut liberales omittam dis-  
ciplinas quartum in eloquio pollet, apprime testantur  
piissima tamquam Autoris monimenta, quod praefecto laudare nihil  
aliud esse dico, quod soli (quod aiunt) lumine addere conari  
Alter uero Andreas Cricius, tam doctus, elegans, comes,  
in sermone lepidus, & in stilo magnificus, talis est quod si  
dignas pro uiri meritis in mediis attulero laudes ante  
diem clauso coponet uesper olympos. Laudandum est  
quartopere Conscripti patres, laudandum est hoc uestrum  
institutum. Qui cum nihil esse duxistis inanius uerborum uo-  
lubilitate, nulla subiecta sententia, nullo reconditatu  
arti fructu, tum nephas arbitramini maximum, tam  
preciosas margaritas simo sepilire. Quo factum est, ut apud  
uos ingenuas semper artes cum summo uestro honore flo-  
tuerunt, semper enim ex equo fere sapientiam & eloquen-  
tiam.

Ioannes Ru-  
thenus.

Ioannes Sa-  
cranus.

Andreas  
Cricius.

b3

iam suspexitis, hoc itaq; tam sapieti moderamine, felix hoc Gymnasiū, exteros & a uestro pcul orbe se-motos in sui contemplationē saepissime pellexit, siquidē ab extremis Siciliæ finibus, Ioannem Siluiū Amatū, Siculum, oratore maximū attraxit / q; multos hic annos politiores edocens litteras, in assueto disciplinarū abstrusiorū fomento suū identidem animū pascebat.  
**Constantius.** Ab Italia quoq; Constantiū Oratorem & Poetam celeberrimū, ad hoc utriusq; litteraturæ nō uulgariter peritū, tantis captū uitutibus seu ocauit. Sed & Germani minime desunt, qui huius matris se filios constituerē nō dubitarunt. Primus ille Conradus Celtis, cuius lepiduli Cupidines, saepius Italorum corda suspeſa tenuerūt, & admirabūda. Hunc sequitur Coruinus discipulus, tanto dignus praeceptore, & carmine q; potuit fluiorū sistere cursus, Montibus auritas cantu deducere quercus. Tertiū in hoc ordine locū occupat Bebelius, cuius eruditiois & ingenii præcones, uel me simile, sunt autoris opa non oratione soluta tātum, sed & pedū legibus astricta / q; nunc omnes quibus eloquiū nitor placet, q; frugem cupiunt, & noctutna uersat manu, uersantq; diurna. Dein Venceslaus noster raru me hercule non uestræ urbis mō, sed totius Silesiæ decus, q; Hebraicæ Græcæ & Latinæ peritissimus, adeo naturæ callet abscondita, adeo cuiusq; rei uim & pprieta tem tenet, ut mihi pet Iouē naturæ ipsi a secretis fuisse uiderur. Nec hic silentio prætereūdus est Ioānes Daniscus iuris utriusq; doctor eximius, Illustrissimoq; Re

gi SIGISMVND O a secretis, & a Cæsarea maiestate laureatus, Comesq; Palatinus, & Eques auratus effectus, Tantū in oratione pollet, tā splendida quoq; uenā in carminibus habet, ut utrū grauiorē prædictes Oratore an lepidiore affimes Poetā, dubius ignores oportet. Proximū ab eo locū occupat humanissimus omniū Agricola, facudissimus Orator, & a sacratissima Cæsaris maiestate laurea pro meritis ingenti omnī gratulatione donatus. Tum paratissimus omnī studiorū fautor Iodocus Ludouicus Decius dignus ampliori q; mēa potest imbecillitas laude. Sed ueniet tempus, qd nec procul auguror esse, quo quātum ille bonis fauet, præsertim huic celebri Gymnasio luculē tissime constabit. Sequuntur non minori ueneratione digni Bartholome⁹ Wratislauiēsis, Gregorius Stauischin, & Ambrosius Baruthēsis, uiri litteris eadepol literatis excultissimi, quos etiā nec suis defraudare laudibus, Verū enim uero atramento sic ebur candefacere conor. Haec tenus igit ne lōga nimis oratiōe uos teneā de Rerhorice sit & Poesi dictuin. Proxima sequitur Arithmetica donū ut quidam tradunt Minerue, ut alii Theutis. Sūt qui ipsam a Phœnicib; inuentā uolūt, nōnulli confirmant ab Abraham primos omnī Aegyptios calculatoriā accepisse Græci, ut multis uidetur originem Abaci Pythagoræ referūt acceptā. Dionisius uero laudem hanc attribuit Lino, eam in arte & disciplinam Prothagoras reduxisse fertur. Nicomachum aliqui præ ceteris excoluisse uolūt, atq; ab ipso

Aritmetri,  
ca,

2  
sumpta Boetiū latinitatē donasse. Quam ideo Mathe  
maticaꝝ primā esse constat, q̄ reliquæ omnes huius  
egent auxilio, cū ipsa tamē earū nulla indigeat. Et cer  
te sine numero pondere & mēsura p̄ pauca benefacta  
constabūt, imo ipse sūmus artifex Zeus ypsi bremetis os  
ypertata domatancē ke patir andronte theonte. idest Iupiter  
altitonans habitat q̄ ccelica testa hominū pater atq;  
deorū. Omnia in numero mensura & pōdere, ut ait p̄  
pheta fabricatus est, & ut affirmat Landinus uir egre  
gie doctus præter animos negat Pythagorici. & Pla  
tonici quicq; unimeris esse pfectius, quippe q̄ figurarū  
numerorū q̄ serie ac proportioē a sumo deo cōstituta  
sunt. Omnia atq; ita digesta, ut unmeris & figuris con  
tineri uideantur. Ait em Pythagoras ex monade oriri  
numeros ex numeris puncta ex punctis, lineas ex line  
is, figuras planas, ex planis solidas, ex iis solida corpora,  
Et ex his elemēta esse ex quibus sit mūndus. Numerus  
ut habet Boetius ex unitatibus cōstat, atq; ut unitas  
numerus non est, sed numeri principiū ita & unus est  
omniū Rex. & pater deus, qui increatus cūcta uerbo  
creauit, omnium rerum principium sine principio exi  
stens, indiuisibilis secundū essentiā, ex quo omnia per  
quēm omnia, in quo omnia. Vnde recte qdem Vergi.  
Ab Ioue principium, Musæ Iouis omnia plena  
Si modo louem illū optimum maximum æque nouis  
set, ut scite expræssit, & quemadmodum unum credi  
mus & cōfitemur deum. Sic unum esse mundū asseri  
mus, unū solem, unam lunā, unum primū mōbile, qd

Landinus.

Fundū  
lectus

motu uolutū certissimo, & regulati omnes alios cœle  
stes orbes secum 24 horis circa terram rotat, esse rebus  
inferioribus idem & equale cōdonans. Primus autem  
numerus dyas ḡtæcæ latince dualitas, prima paritatis  
forma ex duabus componitur unitatibus, haud aliter  
prima rerū diuisio est crātis & creati. Atq; illa apud  
dialecticos optima nominatur sectio, quæ bifaria tm̄  
existit, aut in bifidam reduci possit. Quid dicam q̄ ue  
rus ille Prometheus? & pantom ut Lucian⁹ infit basileus  
ton theon, id est omniū deorum Rex, numerū hunc ad  
specieī fomentū & tutelam excogitauit / hominē crea  
bat, & ab ipso unitatē aliam producens, fœminā scili  
cet indissolubili coniūxit nodo, crescereq; & multipli  
cari iussit. Ad hæc duo sunt dumtaxat rerū principia  
intrinseca, materia uidelicit & forma. Duplex est uita  
Theorica & actiua. Duæ leges diuinitus traditæ, An  
tiq; a deo per Mosen Iudæis exhibita, & nona p̄ ipsum  
uerū dei unigenitum, eūq; deum & saluatorē om̄nium  
Christū fidelibus ostensa, & ab apostolis ubiq; terra  
rū edocta. Possum hoc modo de singulis non iniucūda  
referre, sed ad instituta mihi reuertendum est. Hoc pri  
us admonenti, quod in Epithomate scribit Alcinous.  
Numerus qui pars est Mathematicæ disciplinæ haud  
parū habet proprietatis ad animū dicens ad cognitio  
nem primi entis & substantiæ, atq; ad omnem errorē  
fugandū in scientia horū sensibilium. Nescio quid est  
quo nos herbam porrigere conuenit cū luculentissima  
multorū huius Academiz filiorum in ista arte opera

18  
Stanislaus  
Cracouianus  
Nicolaus  
Tolisko.

Astronomia

ceriumus, uero quo praeceptor etiam pitissimis existant inferiores Stanislaus Cracouianus, Nicolaus Tolisko & ille de Illisia / qui nec minus unq coluere Geometriā quā Alcinous utilissimam appellare non dubitauit, haud iniuste quidem, utpote cuius auxilio ccelum terraq metimur, & insuperiorum deinde speculationem ingenuæ peruenimus / ac cū Geographica scientia sub Geometrica contineatur. Qui terrarum situs, demersos aquarum fundos, elata montiū cacumina. melius aliquando potuerunt, uel doctius exponere. Dein rupium anfractus, & quæcunq terrarum discrimina reliquaq id genus multa, sic ad unguem callent, ut neq digitum latū errare, imo nec pilum ipsum tenuissimum videantur. ASTROnomiam uero, quæ cælorum uarios motus edocet, Siderū errantium, quos Planetas appellant, cursus, odia, amicitias, cum nunc oppositi, nunc cōiuncti, interdum quadrato, nonnunq trino, sæpius etiā intuitu sextili mutuo se respiciūt. Tum quas in hæc inferiora uirtutes influant, & alia id genus innumerabilia, sic tenent, ita sapiunt, adeo quæcunq faciunt ad hanc disciplinam inteligunt, de iis tam scite differunt, atq fideliciter tradunt, ut in iis fese renatos iactat. Ptolomeus, Cleomedes, Proclus, Theon, Posidonius, Eratosthenes, Hipparchus, Aratus, Cato cæsarius, M. Manilius, Nigidius Figulus, M. Varro, Iulius Maternus, Caius Sulpitius &c. Et si qui fuerint alii, quibus famam præclaram mathematicæ disciplinæ apud posteros effecere, e quorū numero Ioannes

Monteregio, Cardinalis de Cusa. Georgias Purbachi us, meus quoq præceptor Ioannes Stoferus. Georgius Colimitius Viennensis. Et illi quondam nostra matris alumni Martinus rex Przemysliensis medicinæ doctor insignis, qui primus hoc Mathesim adduxit. Andreas Grizmala. Albertus de Brudzow, & Ioannes Glogouienis, quorum nūc animæ piorum sedes incolunt. Nostra uero ætate, Mathias Mecouianus, Martinus de Ilkus, Michael Vratislauiensis doctores celeberrimi & nunq satis laudandi/præclara quorū opera disciplinis abstrusioribus edita, nominis æternitatē authoribus comparauerunt. Hi mihi uidentur de nostra genitrice præ ceteris egregiæ meriti, hi solidiore famæ gloriam adepti sunt. Quis enī dubitat, tanto re liquis præstare quæcunq scientiā, quanto nobilis aut excellentius suum existit subiectū. Nec hic de congruitate sermonis, seu modo recte differendi, aut benedicē di disciplina. Verum de ipsis corporibus cœlestibus, de Stellarum naturis, magnitudinibus, potentia, figuris, differitur. Hic de elementorum formis situq & natura, de cælorum numero, de uariis eorum motibus de ortu & occasu signorum, de dierum & noctium uarietate, unde aliis logiores, aliis breuiores dies existūt. Quot sunt mundi climata? quibus discrepant inhabitantes. De circulis & orbibus planetarum, deq; eoru apogiis, Epicycliis, motu uero & medio, tūn longū, & secundū longum. de axe, centro, argumento, aequatione, de minutis, proportionalib⁹, de diversitate dy-

19  
Cardinalis  
de Cusa.  
Georg. Pur.  
Ioan. Stefl.  
Georg. Col.  
Martin⁹ rex  
Premysliensis.  
And. Gri.  
Alb. d. P. ru.  
Ioan. Glog.  
Mathi. Mec.  
Mar d. Ilkus  
Mich. d. Vra

metri, de Draconē, tum de cœlestibus globis, decimo scilicet aut primo mobili, nono, octauo, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunæ, de horum eronū progressionē, regresione, & statione. Hinc qui citi, qui tardi, quiue orientales, aut occidui dicātur. Post hæc de coitu, oppositione, sexangulis, quadrangulis, triquetrisq; de aspect⁹ loco ac dueſitatem. Hinc de Solis & Lunæ deliquiis, de uagorum siderum declinatio ne atq; latitudine. Post ista uero ut zodiacus in 12. partes, quæ signa vocantur, signa in gradus, gradus in minuta, minuta in secunda, secunda in tertia scanduntur, atq; in hunc modum de reliquis fractionibus intelligendum est, ut signorum quædam septentrionalia, ruisus hæc Austrina vocantur, alia itē mascula diurna, orientalia alia fœminea nocturna occidentalia, ad hæc non nulla humana quædam etiam quadrupedia, sunt alas habentia, sunt quæ uoce gaudent, atq; alia penitus orbata, quædā habentia prolem, dictuntur sterilia quædam bicorpora, unius tantū corporis, luxuriosa, recte, ascendentia, oblique, ignea, aerea, aquæa, terrena, uaria uariis dominatiā corporis humani membris, diuersis mundi regionibus. Hinc sequūtut planetarum narie naturæ & potestates, ut domus exaltatio, triplicitas, facies, terminus. Deinde cœlestia domicilia, quæ 12. numero sunt, de iis fabricandis. Post hæc sese offerūt dies & horæ planetarum, ex iis deniq; hominum uoluntates, uarios appetitus, inopinatos euentus, innumera futura cernere liceat, Macti ergo, ut cū Plinio loquar

ingenio cœli interprætes, rerumq; naturæ capaces. O quāta & q; præclara est hæc, quæ nos præterita facit, præsentia, futuraq; cognoscere, ut uel futura bona acceleremus uel augeamus, mala aut̄ aut euitemus, aut certe leuius & æquiori feramus animo: felices nimium nimiumq; beati, quibus tanta contigerit diuinarum rerum peritia. Libet hic mihi cum Ouidio canere. Felices animæ quibus hec cognoscere primum.

Inq; domos superas scandere cura fuit.

Quid dicam q; sine peritia syderum nauta sæpius est naufragii causa / hanc agricolis nō minus esse necessariam, i.e. marifestat Georgicorū primo Vergiliis.

Præterea tam sunt arcturi sidera nobis

Hedorumq; dies seruandi & lucidus anguis

Quam quibus in patriam uentosa per equora uectis  
Pontus & oſtriferi fauces tentantur abidi.

Medici quoq; tempora seruant. Alioq; quid utilitatis habet Hypocratis prognostica, nec hic mihi quis obiciat illicitā esse tempotis obſeruationem, ex Apostoli ad Galathas dicto. Dies obſeruatis & menses & tempora & annos, timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis/nam triplicē esse temporis obſeruationem constat, lege iuslām, naturalem, & superfitosam. Atq; hanc tertiam carpit Apostolus nō quæ ex naturali p̄det causa, Sed quid sus Mineruam, uos ista patres optimi uos ista probe noueritis, peculiaris em̄ hec uestra laus est, q; astrorū soli Cracouenses egregiam preter ceteros peritiam habetis / nec dubito quātātē famæ

gloriam quāq; iam maxima nunc uidetur maiorem tādem efficietis. Ecce uero tristior & lachrimis oculos suffusa nitentes alloquitur Musica, & me inquit. Me mortalium ingratissime debita me laude deditiaris? scis ne meum animos suauissimo permulcere cantus? Ten fudit me cum inferis tum ipsis esse superis gratiā simā imo q; ille Basileus ton basileon os epi katasteron kathite thronu idest Rex regum qui in stellato sedet solio Musicis laudari poscit instrumentis , alioqui quoſū illud Psalmographi. Laudate eum in sono tube, laudate eū in splalterio & Cythara, Atq; alibi. Cantate domino cāticum nouum, cantate domino omnis terra. Deniq; cū diis existā gratissima hominesq; me p̄cipuis habēt indelitiis, Aues etiam assidue meū colunt numen Dic ergo dic meos quoq; famulos, nā alias & tuæ matris non exigam sane laudis portionem abstrahes. Ergo age, & qua nos hac in urbe pollemus dignitate recessites ostendere. Hec illa, cuius omnino mihi iussa capescere fas est, non eī sum nescius quotquot poetices candidati sūus dee cliētes imo adiuratissimi uolumus esse famuli. Sed ipsa seipsā p̄be depinxit, uerū ūq; melius alter q; ipsa se potuit. Referam igitur qui uobis hac quoq; parte nō paruam sane gloriam afterūt, uerum tot undiq; sese mihi faciūt obuiam, ut ubinam incipere possim plane sum ignarus Musarum tamen & omnis melodiæ delicias Vinck inuitus nisi q; tempus urgeat prætereo. Quanq; em ille uester erat fama tanti Musici, non modo Britanniam, sed & extremas mūdi

23

Medicina.

partes' occupauit. Sed me iam uocat MEdicina, qua nullam esse fructuosiore scientiam assertit Plinius pro emio lib. 29. Cui belle subscr̄bit Plutarchus de tuenda bona ualitudine, quē nobis latinum ruper fecit Erasmus Roterodamus cuius hæc sunt uerba. At medicina sic est de mundo disciplinarū liberalium, ut politie splendore iucūditate nulla sit inferior, porro mercede abunde magnam addit sui studiis, nempe corporis salubritatem & prosperam ualitudinem/quæ quantū nobis conferant, uos ipsi iudices estote. Quid em o super uita nostra, nū mera carnificina? num tortura grauiſſima? num tediū māximum ubi sanitas corporis abest. Quid aliud uitam nobis iucundā & ab omni morborū contagione tutam præbet uel uitam ipsam Iongos producit in annos quæ ex debili ſæpe cōpositione iam diu corpus deseruifset? At qui uita nemo iucūdius quicq; aut præstantius estimat, nam & ſi bona ſperamus maxima & ſedes omni quiete, gaudio, delitiis, omni deniq; beatitudine refertas, ubi æterna cum electis dei pace fruemur, tamen uel ob hoc p̄cipue uitam hanc deferere nolumus, q; nescio quid hororis illa nobis incertitudo loci inuitit, quoties ante aēte uite ſcelera mentibus occurruunt, Sunt qui præsenti potius fruicupiunt, aliam minus agnitam, & ſi non paucis ſane calculis ante ponendam / aliistamen haud inuiti concedunt, Et certe nullus est ut aperte (quod ſentio dicam) qui non pedibus in Attici ſententiam it, cui malum omnino mors uidetur atq; miserū. At ſit, utcūq;

uitam uel ob id suauissimam esse mortalibus constat,  
q̄ etiam sapientissimi cum alias non possint uiuere li-  
bris auent. Quorsum aliter spectat Salustianum illud  
Quoniā uita ipsa qua fruimur breuis est memoriam  
noſtri q̄ maxime longam efficere, illud quoq; Vergili  
Sed famam extendere factis, quid aliud ſibi uult, quā  
ut longiſſime quoquo pacto uiuamus. Tum de tripli-  
ci uita Marsilius Ficinus egregiæ multa ſcripsit. De a-  
liis quoq; cōquerimur, q̄ imatura morte, & iniquis ni-  
miū fatis ſunt exticti. Nestoreos quoq; ānos aut Sibyl-  
linos dies cuiq; nobis fauētissimo optamus. Praeterea  
igitur eſt ars medica, quæ ſola contra fatum auide pu-  
gnat, eius letalia ſpicula obiecto ſæpius accipit clipeo  
& a mortaliſ sic plurimos iſtu defendit, mortem ſaþe  
preda fruſtrans. Adeo q̄ cū omnipotens olimpi geni-  
tor hominum ſator atq; deorum, mortem dicat nolo  
peccatoris, ſed magis ut couertatur & uiuat. Item ho-  
nora patrem & matrem, ut ſis longeuus ſuper terrā,  
Quæ uis alia iam digitos exerentem Atropon iā ſta-  
men uitæ rūpere properantem impedire potuit, aut  
cōmorari, q̄ medicina / quæ ſola mortis atrocitatem  
contemnit, longam atq; etiam ſalubrem uitam condo-  
nans. Recte igitur Homerus.  
Iatros gar anir pollon antaxios allon.  
ideſt Medicus uir multis equiualeſt aliis. Quam præ-  
cor arborē quam herbam, quam radicem, quod deniq; animal,  
quod elementū reliquerūt medici, quorum na-  
turam non ſcrutati ſuerint. Nec hic desunt qui noſtræ

25

A cademiæ laudes & gloriā ad extrēmos uſq; orbis  
fines, imo ad astra uehāt. Habet epi ton neoterion. ſuū  
Roma Leonicenum. Venetia Nola num iactant. Ger-  
mania Copum, Gallia Ruello mirum quā ſuperbit/  
nec in minimam felicitatis ſuæ parte Britāni a hoc po-  
nit, q̄ Linacrum ſuum oſtentet. Cracouia Mechouï/  
enſi gaudet, Hyppocratis per Iouē ſilio ſcutis ſi prom-  
ptiſſimā intueamur ſcientiam, ſi acre iudiciuſ, ſi cer-  
tam ad leuandum confeſtim egros experientiam, iam  
nihil eſt quo reliquias inferior exiftat, uerū reuerendus  
iſte doctoř, uel hoc prädictoř ſuperat, q̄ nō magis eſt  
corporis q̄ animæ medicus, quem uos prästantiſſimi  
uiti integritate uitæ pollentem, benefiſiſ & munificē  
tia ubi decet clarum, mansuetudineq; & misericordia  
iſontibus aſylum / rursus ſeuētate nocuſ haud par-  
uam formidiñem / non diuiniſ ſum locuplete exoptā-  
tem, ſed probis uirtute & innocētia certare, non ſine  
magna poluētra laude & emolumēto Rectorum uo-  
biſ elegiſtis. quo duce, nil omnino desperandum fore,  
ut hæc alioqui celebertima Academia doctriñarū mo-  
rum q̄ ſplendore cæteris quiblq; haud paſum ante-  
cedens inter ipsas micabit, uelut inter ignes (quod cū  
Horatio dicam). luna minores  
Non mihi ſi linguaſ centum ſint oraq; centum  
Digne tamē ualeam Mechouiensis doctoris preconia  
celebrare. Quis etenim tanta pietatis iſignia digna  
poſſit oratione pſequi? Quas ille ſcholas? Quæ pau-  
perum Xenodochia, quæ templa pius homo ſuis im-  
d

pensiis extruxit? At ne quid tante decesset charitati, &  
illustri munificentiae perpetuum doctori stipendium,  
qui pauperibus mederetur, magnum sancte liberali-  
tatis exemplum stabiluit. Verum ne quid ineptis me-  
is tot illustissimas in tanto heroë virtutes offendam  
tantis agressibus deficio. Non igharus in hoc quid  
humani terre recusent. Procedant uenerandas LE-  
ges quas nec debito priuemus honore, sine quibus uel  
quouis etiam Bruto sumus inferiores. Quamq; eni pe-  
nitus ratione careant huiusmodi animalia, tamen na-  
turali iure sese regunt. Videte quoq; qualem habent  
remp. Apes ille exiles & quibus no omni corporis sen-  
su frui datur, ut probe uiuunt. Reges subduntur diti-  
oni, inutiles expellunt, laboribus Regem suis nutrunt,  
cui pace & bello praesto obsequuntur. Nos ergo qbus  
Os genitor sublime dedit cœlumq; uidere,  
Iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.

Jura  
Nos inquam Iura, sanctissima iusticiae munera no am-  
pleteinur, quæ nos honeste uiuere, alterum non lede-  
re, ius suum unicuiq; tribuere docet. Quid eni aliud est  
ius q; ars boni & æqui. Porro ubi non obseruatur q; bo-  
num est, & æquum quo pacto aliquid illic prospere contin-  
gat, imo quæ no comituntur flagitia, qui raptus, quæ  
cedes et peiora quoq; si ulla possint excogitari. Facit  
ergo q; decet cum legibus operā nauatis sine quibus  
nec ulla resp. constare potest, & ut Tullii uerbis utar,  
constat profectio ad salutem ciuium, ciuitatumq; inco-  
lumentem uitamq; hominum & quietam & beatam

inuentas esse leges, in quibus & uestros habetis. Bar-  
tolos, Baldos, Panormitanos, Bouicos, Andream  
Goram. Jacobum de Erzesof. iuris pontificii celeber  
rimos doctores & Cracoviensis ecclesiae Canonicos.  
Dominicum quoq; de Szczecenym decretorum etiam  
doctorem insignem, & Gnesensis ecclesiae Cancella-  
rium. Ille quoq; legum uenerandus interpres. Ludo-  
uicus Aliphius non paruam hac quoq; parte nobis  
gloria addit, qui quāq; curiæ deditus sit, nam serenissi-  
ma Reginæ BONÆ a secretis, tñ iuris hic ænigma-  
ta quotidie interpretando currentibus addere calca-  
ria cupit. Dignus hercule quem summo prosequamur  
honore, qui cum iuris utriusq; sit peritissimus, q; pluri-  
mos auer hic consimiles (quæ sua est in omnes beniu-  
lentia) reddere. Q; si recitare uobis corier quot hi in  
sacra philosophia floruerūt hoc est & physica discipli-  
na Morali atq; Methaphysica Cathalogus mihi rece-  
sendus est, aut si maiuultis noméelatura pene infinita.  
Verū ne magis assentādi gratia, q; q; uera sunt haec di-  
xisse me putet aliquis. Quid de Stobnicensi dicendū  
quid de Glogouieri; quorū opera peritiam eorum  
in philosophia reclamātē quocunq; protestātur. Nec  
hic omittendus est Aesticampianus, qui præter q; in  
philosophia uir apprime fuit eruditus, inter Musarū  
& Apollinis sacerdotes no infimū obtinuerat locum,  
tatus ad hoc quoq; studiosorum fautor quantum uix  
aliū eo tempore nostra mater habebat. Sed ne nimiū  
meis ambagibus uos teneam. Ad sacram Theologiā

27

And. Gor.  
Jacob. d. Er.  
Dñic. d. Sze  
Ludouicus  
Aliphius.

Ioan. Aesti-  
campianus.

Theologia.

me cofero, quæ deo de supernis naturis disputat, q̄  
legem bene uiuendi docet, quæ sola diuina speculatur  
Atq; adeo solas Theologicas litteras esse, quæ littere  
quidem appellari digne sunt ait Erasmus, quem ego  
latinarum litterarū principē & patrem ausim dicere,  
Et quum sola Theologia sit, quæ homines plusq; ho-  
mines imo semideos faciat in hac etiam scientiarū scie-  
entia, & cui reliquæ cuncte tanq; famulæ, obsequitur,  
habet nostra mater & præstantissimos uerèq; Theo-  
logos uirōs integrōs, graues eruditos, & qui Christum  
ex iōpis eiberunt fontibus Ludolphum prouincialem  
predicatorum rarum sūtæ religionis florem, Theolo-  
gicæq; facultatis ornamentum & decus insigne Stanis-  
laum Biel.

Mat. d' Szy.  
Nico. Mick.  
Mich. a Vra.

Stanisl. Biel.  
Matthiā de Szydlof, Nicolaum Mikoffz  
& Michaelem Vratislauensem Theologos ut grauis-  
simos ita & eruditissimos, & quos profecto non sine  
magna tanti studii gloria quibusq; doctissimis obiicia-  
mus, Sed quid ego singulis doctrinæ generibus suos  
addo cultores? q̄si non hic inueniantur, qui ciclum illū  
absoluerūt, imo tot hic paſſim itueor, ut quos primū  
laudare possum animi me hercule pendeo, Si mortu-  
os attingam, non unus mihi dies sufficiet, si uiuos, nec  
ipſos hac luce possum enumerate. Quid ideo facien-  
dum silebo, at hoc ingratū/ Præstat igitur paucos de  
tanto numero coram adducere, ut reuerendissimos il-  
los patres, & qui digna suis adepti sunt præmia uir-  
tutibus. Cardinalem Strigonensem, Petrum episcopū  
Premisiensem; & huius felicissimi regni Vicecancel-

Iatiū Ioannem Episcopū Posnaniensem, Ioannem Tur-  
zo Episcopum Vratislauensem, Erasmum Episco-  
pum Plocensem, Georgium Episcopum Quinq; ecclie  
siensem, Stanislauum Turso Episcopū Olmucensem  
Ioannem suffraganeum Cracouiensem, Henricum suf-  
fraganeum Vratislauensem, & Petrum suffragane-  
um Plocensem, de quorum sane laudibus nihil a me di-  
gnum in lucem nunc afferri temporis angustia patit  
Tum maior quoq; uirtus & doctrina cuius inest, q̄ ut  
a me possit iuste predicari, & certe quicunq; uelit tan-  
tae doctissimorum patrum eruditioni, & insigni rerum  
usu comparate prudentiae alisq; uirtutibus egregiis  
debitas addere laudes de singulis homini profecto sin-  
gula sunt Encomia scribēda. O urbem præclarām &  
summis dignam præconiis, o sacram illustrium uiro-  
rum genitricem. O felicissimam nobilium ingenio-  
rum alumnam! Quis digne tuam alma mater ampli-  
tudinem? Quis tuarum rerum incredibilem maiestatē  
possit uq; ut decet referre. Impar est ipsar ingenii rudis  
imbecillitas tantis efferendis laudibus, quas mente fa-  
cilius est multo consequi q̄ explicare. Nā seu dotes in-  
te spectamus pulchritudinis & formæ, seu diuitiarū  
& omniū rerum copiæ gloriā, seu sacrarum artū  
multiplices fructus, seu sanctos mores, pietatis & iusti-  
tiæ religionem, omnes profecto, omnes tibi palman  
urbes ultro porrigunt. Tu pauperū es mater, tu sedu-  
la diuitium nutrix, in omnes tua lubens confers bene-  
fitia, tu diuina paris ingenia tuo beneficio uidere cou-

Io. Eps Pos.  
Ioā. Tur. eps  
Vratif.  
Eras. eps Plo  
Georgi⁹ eps  
Quinq; eccl.  
Stanis. Tur.  
eps Olmu.  
Io. suf. Cra.  
Hen. suf. vra  
Pet. suf. Plo.

ceditur cœlos opera digitorum dei, lunam & stellas  
qui ipse fun lauit. Ad sis ergo præcor Alma parens,  
ad sis quælo propitia, & exilem suscipe quem offero su-  
plex ardorem / & animi mei in te inditum, tuoq; gre-  
mio pia me mater excipe, te summa quadam ueneratioe  
obseruantem Clientum tuorum adscribere non dedigne-  
ris numero. Mea sacris doctrinarum poculis ora pre-  
cor irrigas, fac me dignum tante genitricis filium ap-  
pellari ad meos redire Britannos, quod si quando tu-  
um mihi nomen sentire propitium dabitur. Ipse caput  
torum foliis ornatus oliuæ. Dona feram, jam nunc sole-  
nes iuuat ad delubra ducere pompas. Hæc sunt quæ

Conclusio. de celeberrima genitrice nostra, lögæq; maiori laude  
merito dignissima tum ingenii ruditis imbecillitas, tum  
scientiarum & artis inopia in medium dumtaxat me  
iā afferre patiūtur. Scio plura esse quæ materiam mihi  
copiosam administrassent, potius tñ in hoc uere glo-  
riæ campo libuit exspatiari. Vos igitur nō magis quæ  
fecimus, q; quæ uoluimus inspicite, posthac meliora  
de nobis accepturi, modo ne istec displicuisse consta-  
bit. At nunc tibi Rectori magnifico & excellenti, uo-  
bis amplissimis patribus doctribus, huiusq; celeber-  
rime Achademiæ senatoribus, magistris, Baccalaure-  
is, & reliquo ordini uniuerso nunq; intermoriture debé-  
tur gratiæ, q; humanitate uestra compellente plusq;  
mea persuadente dignitate. Hunc mihi locum piissi-  
mi addixeritis benignas quoq; cum gratia præbueri-  
tis aures, dataq; mihi existimo occasionem, ut olim

31  
uirtutes & eximias laudes uestras apud extremos de  
cantem Britannos & perpetuo carmine  
reddam immortales.

## DIXI

Impressum Cracoviæ per Hieronymum Vietorem  
Philouallensē. Regnante Serenissimo SIGIS-  
MVNDO Poloniae Rege. Anno regni eius  
tredecimo. Inclite autē Academiæ Cra-  
couensis moderatore Mathia de Me-  
chow, artium & Medicinæ Do-  
ctore excellentissimo. Anno  
salutis humanæ 1518.

KG

Digitized by Google



St.  
Ma  
Ni  
Mi

Car  
Pet.

John  
Bitterman  
Prarie Minn., Sept. 4.

Leonard Coxe, /+1549/ Anglik rodem z Monmouthshire w diecezji linkolnńskiej, wędrowny humanista, którykończył studia w Cambridge i Oxfordzie. W latach 1518-1527 był profesorem literatury łacińskiej na Uniwersytecie Jagiellońskim. W 1518 wydał w Krakowie entuzjastyczną pochwałę krakowskiego Uniwersytetu. Był to pierwszy Anglik, który na dłuższy czas związał się z Uniwersytetem Krakowskim, i odegrał w jego dziejach pewną rolę.

S. XIV, IV - u35-436  
PSB. - IV - 1. 38-33  
Hercule Paulin Fehlmeier. T. 6. s. 96-97  
Pisie num. 1. s. 206, 240

